



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

viiij. D irregularitate ex intentione baptismi contracta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

in concessione huiusmodi privilegiorum favore plurimum voluisse. Quae omnia ex privilegijs eisdem concessis manifesta esse possunt, quae legi possunt in compendio privileg. Mendicant. in verbo, Absolutio ordinaria quoad fratres, num. 49. Vbi Martinus V. concessit Monachus S. Benedicti vallis oieris, vt a suis superioribus, super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem referuat (in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione) valeant dispensare, dum tamen aliquid horum trium non sit notorium, & hoc propter scandalum. Quae concessio postea extensa, & communicata fuit omnibus alijs Monasterijs eorum, & in verbo Dispensatio, nu. 24. vbi Ant. Corduba expresse docet, posse Praelatos dispensare in homicidio casuali, & idem docet Cappucinus in annotatione eiusdem loci. Simile privilegium concesserunt, Sixtus IV. & Iulius II. Fratribus ordinis Minorum, vt habetur ibidem, in verbo Dispensatio, nu. 9. & nu. 12. & nu. 21. Et Eugenius Papa IV. Patribus Congregationis nostrae Casinensis concessit, vt cum omnibus & singulis Monachis, Nuntijs, tam praesentibus, quam futuris, super irregularitatibus quibuscunque, & quomodocunque contractis, homicidio, seu membri mutilatione propria manu commissis, aut falsificatione literarum Apostolicarum, & bigamia, duntaxat, exceptis semel tantum dispensare possint; super irregularitatibus vero, si quis ex censuris excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, vel earum aliqua Divina celebrando officia (dum tamen non in contemptum clauium) forsitan incurtere contigerit, quoties opus fuerit, valeant similiter dispensare; Ita vt omnes, & singuli, cum quibus super irregularitatibus supradictis dispensari contigerit, ad omnes sacros ordines promoveri valeant, & in ordinibus susceptis ministrare; De qua re plura legi possunt in Compendio Privilegiorum, & alijs vbi supra.

De Irregularitate ex iteratione Baptismi contracta. Cap. VIII.

S Y M M A R I U M.

- 1 Baptismi iteratio tam iure divino, quam humano est prohibita.
- 2 Baptismi iteratio irregularitatem inducit, & quae huius ratio sit.
- 3 Rebaptizanti, & rebaptizato scienter, irregularitas iure Canonico imposita est.
- 4 Rebaptizanti, & rebaptizato scienter ius civile poenam capitis imponit.
- 5 Baptismi iteratio, non solum ascensum ad ordines superiores, sed etiam susceptorum usum impedit.
- 6 Baptismi iteratio, siue publica, siue occulta sit, irregularitatem inducit.
- 7 Baptismi iteratio quando censetur occulta.
- 8 Ignorantia duplex est, vna iuris, altera facti; & quid utraque sit.
- 9 Infans rebaptizatus irregularitatem non incurrit, & quare.
- 10 Ignorantiam facti probabilem quis habere censetur.
- 11 Baptizans filios infidelium, aut filios expositos, an iustam ignorantiam praetendere possit.
- 12 Cap. qui bis, de consecr. dist. 4. quanta sit auctoritatis ad causandam irregularitatem.
- 13 Ignorantia iuris in rebaptizante, vel rebaptizato ab irregularitate non excusat.
- 14 Ignorantia iuris in rebaptizantibus, an in aliquo inculpa esse possit.
- 15 Ignoranter rebaptizatus, & postea secundum illum baptismum ratum habens an sit irregularis.
- 16 Rebaptizans, aut rebaptizatus ex metu mortis incusso, an sit irregularis.

- 17 Coactio absoluta, & conditionata quatenus dicenda.
- 18 Lex humana communiter ad sui observantiam cum metu in vitium constantem cadente non obligat.
- 19 Baptismum primum sicut recipiens, & verè secundum, non est irregularis.
- 20 Rebaptizans cum conditione, quem certo scit esse baptizatum, an sit irregularis.
- 21 Baptizans debitam diligentiam adhibere tenetur, ut quis, necne baptizatus fuerit, sciat.
- 22 Baptizans cum conditione non promissa debita diligentia peccat mortaliter.
- 23 Baptizans cum conditione, nulla adhibita prius diligentia de prioris baptismi veritate, irregularis est.
- 24 Baptizans cum conditione, verè rebaptizare censetur.
- 25 Irregularitas ex baptismi iteratione, in odium, & detestationem haereticorum imposita est.
- 26 Rebaptizanti ministrans ex officio, irregularis.
- 27 Sacramenta confirmationis, & ordinis iterans, irregularis non est.
- 28 Irregularitas, ex baptismi iteratione potius, quam confirmationis, quare incurritur.
- 29 Irregularitas ex rerum Sacramentalium iteratione non incurritur.
- 30 Baptismum ad mortem differentes, irregulares sunt.
- 31 Dispensare in irregularitate ex baptismi iteratione procedente, solum Papa potest.

1 **Secundum** crimen, ex quo incurrit irregularitas est baptismi iteratio; Quae sane iteratio baptismi iure Divino, iure positivo prohibita est; Divino Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. Sicut. n. in vita animali, vt optime ibi dicitur. Nicodemus cap. 3. Impossibile est iterato hominem in vitam aeternam intrare posse; Ita per baptismum vita spiritalis semel suscepta, iterum suscipi nequit, & Ephes. 4. Vna fides quum baptisma. Iterum positum prohibetur, vt patet ex toto tit. De baptismis, & eius effecta, & de Consecr. dist. 4. Saepius ex S. Thom. 3. par. q. 66. art. 9. & 4. dist. 6. & Scholasticis ibi. & Summis in verbo Baptismus. Cuius rei variae assignantur rationes. Vna est, quia baptismus imponit characterem indelebilem.

Secunda est, quia datur contra peccatum originale, quod semel tantum contrahitur.

Tertia est, quia per baptismum homo configuratur morti Christi, Christus autem semel mortuus est.

Quarta est, quia est regeneratio spiritalis, quae semel facta est, sicut & animalis generatio, ex S. Thom. 3. par. q. 66. art. 9. Palud. 4. d. 6. quaest. 4. art. 1. Conclus. 1. Rich. 4. d. 6. art. 4. q. 1. Summa Astenfis, par. 1. li. 4. tit. 3. art. 8. & alijs communiter.

3 **Immo** tam ingens est iniuria, quae fit baptismi Sacramento, quando iteratur, vt scienter rebaptizans, & scienter rebaptizatus, non solum mortaliter peccent, sed etiam vitaeque irregularis efficiatur, ca. 2. de Apostat. & c. Afros, dist. 98. & cap. Qui in qualibet, 1. quaest. 7. & cap. Qui bis, cap. quos, c. Non licet, 2. c. Reptizare, de consecr. dist. 4. Specialiter de dispensat. §. in xtra, versic. item rebaptizatus. Summa Confess. li. 3. tit. 24. quaest. 7. Panorm. in c. 2. nu. 2. de Apost. Palud. 4. dist. 6. quaest. 4. art. 1. Conclus. 1. Scot. 4. d. 6. qu. 8. Gab. 4. dist. 6. art. 3. dub. 8. quaestiois secundae. Sotus 4. d. 3. quaest. vnica, art. 9. ante finem, & dist. 25. q. 1. art. 3. S. Thom. 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 12. & tit. 29. de Irreg. cap. 6. §. Iterata susceptio. Marun. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. de Irreg. pag. 366. col. 4. Nau. in Man. c. 27. num. 246. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 1. initio, num. 8. de homicid. Sylu. verbo Irregularitas, q. 4. & verbo baptismus, §. 9. 3. Angelica, verbo baptismus, 7. §. 9. & verbo Irregularitas, §. 24. Summa Pisanella, verbo baptismus, 4. §. 6. Tabiena, verbo irregularitas, §. 7. Septimo. Summa Astenfis, par. 1. lib. 4. tit. 1. art. 6. q. 1. Alph. Vinald. par. 1. tit. de baptismo, num. 46. & tract. de irreg. num. 39. Summa Corona, tit. eod. nu. 19. §. Quarto. Sebast. Medices, par. 2. tit. 9. qu. 3. §. 1. Cosmus Philanthus

chus, lib. 4. cap. 14. Gregor. de Valent. tom. 4. disp. 7. quæst. 3. §. 5. vers. Quattum. Tolet. lib. 1. Instu. Sacer. cap. 28. Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali, par. 1. ver. Irregularitas, dub. vndecimo. Maiol. lib. 3. c. 14. num. 1. & Henriquez lib. de Baptismo, cap. 31. §. 1. & lib. 14. capit. 4. §. 3. & Franciscus Suarez in 3. par. dispu. 31. sect. 6. Ratio vero, cur Ecclesia irregularitatis penam huiusmodi viris imposuit, secundum Richard. 4. dist. 6. art. 4. quæst. 2. est baptismi reuerentia, & detestatio iniuriantium Sacramentum.

Adde, quod iure civili tam rebaptizanti, quam culpa sua rebaptizato, pena capitis imponitur, l. 2. C. Ne Sanctū baptismum iteretur & hæc quæ diximus, ex communi omnium DD. sententia certa sunt, alia vero quia controuersa sunt, in sequentibus dubijs exponemus.

Dubium primum est, An hæc irregularitas impediat solum ascensum ad ordines superiores, an etiam ordinum susceptorum usum? Ratio difficultatis est, quia cum Irregularitas simpliciter dicta, utrumque impedimentum includat, & DD. communiter dicant ex hoc peccato incurri irregularitatem, in sinuare videntur exinde impediri, quo minus, aut in susceptis ministrant, aut ordines de nouo accipiunt. In hac re Franciscus Suarez vbi supra, dub. 1. affirmat solum impedire ascensum ad ordines superiores; & ratio eius est, quia in ca. 2. de apostat. solum prohibetur Acolythis ille ad ordines superiores ascendere, pœnæ autem restituentis sunt, & ad verba legis præcia limitanda. Et quia Nauar. in Man. cap. 27. num. 191. ait aliquas irregularitates impedire solum acceptorem ordinum, & non usum susceptorum; ob quas rationes ait partem afflictionem sufficienter persuaderi. Alij tamen, vt Martinus Lodesin. 1. 4. q. 7. art. 9. dub. 2. & Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 2. num. 3. versic. Eadem quoque irregularitas, docent, nec susceptos ordines exercere nec alios de nouo suscipere posse sine dispensatione. Quæ sententia mihi videtur probabilior & communior. Et ad hoc facit, confirmandum, iuncta glo. ibi in verbo Rebaptizati. dist. 50. & c. dictum, de consecr. dist. 5. iuncta glo. ibi, in verbo Amplius, vbi ait, tales licet habeant vestem Clericalem, non tamen fore Clericos intelligi, quantum ad usum ordinum, & hoc ipsum docent Holtiens. & Panorm. in cap. 2. de apostat. num. 2. & Angelica, verbo irregularitas §. 24. dum affirmant tales secularium Canones, si Clerici sint, deponendos esse, si Laicos, excommunicandos, quibus verbis procul dubio volunt non posse in susceptis ministrare, & in cap. Qui bis. & cap. Eos quos, de consecr. dist. 4. penitentia septem annorum, immo & quibusdam per totam vitam imposita est, & glo. in ca. de apost. in verbo Non valebit, expresse docet, tales in susceptis ministrare non posse, nisi post actam debitam penitentiam. Quæ omnia satis clarè meo iudicio probant etiam usum ordinum susceptorum illis prohiberi. Quid quod ipsemet Suarez vbi supra, §. Circa rebaptizatum, dist. 5. verbis affirmat irregularitatem hanc colligi ex Epist. Felici III. cap. 5. vt haberet in cap. Qui in qualibet, l. q. 7. ubi aperte declarat, hanc irregularitatem non solum a susceptione, sed etiam ab vsu ordinum impedire. Quamuis igitur prohibitio vsus ordinum non ita clarè ex cap. 2. de apostat. colligitur, quia tamen teste ipsomet Suarez aperte ex d. ca. Qui in qualibet l. q. 7. deducitur, dicendum erit irregularitatem hanc, etiam usum ordinum susceptorum impedire.

Dubium secundum est, An irregularitas hæc incurritur propter rebaptizationem, solum quando delictum est publicum, an etiam quando est occultum? Scot. 4. dist. 6. qu. 8. ait, utroque modo incurri, cum hæc tamen differentia, quod si crimen sit publicum, solus Papa dispensat, si vero occultum sit, Episcopus dispensare valet. Cum Scoto sentit Sotus 4. d. 3. artic. 9. in fine, in eo quod dicit contrahi irregularitatem siue publicam, siue occultam sit, quamuis in eo differat, quod vult Episcopus in neutro casu dispensare posse, sed solum Papam. Alij vt Panormit. in cap. 2. de apostat. num. 1. & Syluest. verbo irregularitas, quæst. 4. & Franciscus Suarez in par. 3. tract. de bapt. disputa. 31. sect. 6. dist. 3. docent nullam irregularitatem contrahi, quando delictum est occultum. Communis tamen, & recepta sen-

tentia est, irregularitatem contrahi siue crimen publicum sit, siue occultum, vt docent Scotus, & Sotus vbi supra, & Henriquez lib. 14. cap. 4. §. 5. & cap. 20. §. 3. Nam c. Qui in qualibet, l. quæst. 7. & c. Qui bis, & c. eos quos, de consecr. dist. 4. non distinguunt inter eum, qui publice, vel occultè delinquit, ergo nec nos distinguere debemus; maxime cum in materia morali standum sit vsui, & consuetudini communi, quæ est optima legum interpres: hanc verò communem & receptam esse sententiam, ipsemet Suarez vbi supra, vel inuitus fateri videtur. Nec obstant verba d. cap. 2. vbi Papa Alexander III. ait, *Ad superiores ordines promoueri (si publicum est, quod proponitur) non valebit, nisi ad Religionem transire voluerit; si vero occultum est, promoueri poterit*, quasi velit Pontifex promoueri posse absque dispensatione, si crimen occultum sit. Sensus enim est, quod cum alijs Acolythis illo, qui rebaptizanti ministerium præbuit, si delictum publicum fuerit, nullo modo dispensandum esset, nimirum ab Episcopo, sed a solo Papa; si tamen Acolythus ille ad Religionem transire voluerit, permittit Pontifex, vt fauore Religionis ipsius, circa eum valeat dispensari, scilicet ab Episcopo; secus autem si Religionem intrare noluerit, tunc enim si delictum publicum fuerit, nõ poterit Episcopus cum eo dispensare: Sin verò delictum occultum fuerit, etiam si noluerit Religionem intrare, poterit Episcopus cum eo dispensare, vt sic excessum suum postea dignis penitentis fructibus expiare possit. Et hunc sensum genuinum illius capitis esse puto. Et certè Episcopus cum eo dispensare posse, si delictum occultum sit, colligitur euidenter ex Concil. Trident. Sessio. 24. de Reformat. capit. 6. occultum autem censetur, quamuis rebaptizatio fuerit publica, si ratio culpæ sit occulta, argu. eorum, quæ tradit Nau. in Man. cap. 27. num. 255. vt si occultè excommunicatus celebret publicè coram populo, sit irregularis ex occulto delicto, ex Nauar. in Man. cap. 27. numer. 241. §. 1. in fine. immo si Clericus iuste accusatus sit de rebaptizatione, vel excommunicatione, sed iam euasit, eo quod se defendit per falsos testes, occulta censetur irregularitas, & cum eo Episcopus dispensare potest, vt docet Henriquez lib. 14. capitul. 4. §. 5. & capit. 20. §. 3. vers. At si reus.

Dubium tertium est, An sicut irregularitas hæc contrahitur ex rebaptizatione scienter facta, vt expositum est, ita etiam contrahatur quando quis ignoranter baptizat, aut baptizatur? Antequam verò sententias DD. afferam, sciendum est, duplicem esse ignorantiam, alteram facti, alteram iuris. Ignorantiam iuris is habere dicitur, qui ignorat ius irregularem facere rebaptizantem, vel rebaptizatum. Ignorantiam facti is habet, qui legitime ignorat se esse baptizatum. His suppositis de utraque ignorantia dicendum est; & in hoc dubio agemus de ignorantia facti. In quo

Prima opinio est dicentium, quod si quis per ignorantiam facti ignorans se esse baptizatum rebaptizetur, est irregularis; & intelligunt etiam quando ignorat probabiliter. Sic Rich. 4. distinct. 6. art. 4. quæst. 2. l. alud. 4. dist. 6. q. 4. art. 1. Conclus. 2. S. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 12. Sylu. verbo Baptismus §. quæst. 3. & Goffred. vt refert Angelica, loco inferius citando, Maiol. lib. 3. ca. 14. num. 1. 3. & 4. Alphons. Vuald. tract. de irreg. num. 40. Quorum fundamentum est, c. Qui bis, de consecr. dist. 4. quod caput desumptum est ex penitentiæ Theodori Archiepiscopi Cantuariensis. Quoad rebaptizantem verò ignorantiam facti, si ignorantia sit probabilis, docent irregularem nõ esse. Quod si queratur, quare rebaptizans in tali casu non sit irregularis, cum pro eo factio illicito magis debeat puniri agens, quam patiens: Respondent, quod hoc ideo est, quia non inuenitur in iure cautum, quod baptizans, qui probabiliter nescit baptizatum, fiat irregularis, sicut inuenitur de ipso rebaptizato, in dicto cap. Qui bis, & pœnæ non sunt extendenda.

Secunda opinio, quæ & verior, & communis est, ait, non esse irregularem rebaptizatum, aut rebaptizantem, quando adest probabilis ignorantia facti, quando verò culpabilis adest ignorantia, incurritur irregularitas. Sic Scot. 4. dist. 6. quæst. 8. Bachon. 4. dist. 6. quæst. 2. art. 2. Gabr. 4. distinct. 6. quæst. 2. art. 3. dub. 8. Sotus 4. dist. 3. quæst. vñca, art. 1.

ante ſinem, vbi ait primam opinionem eſſe intolerabilem. Martin. Ledefm. 2. 4. quaſtio. 26. artic. 2. de irregularitate, pag. 366. col. 4. & pag. 367. col. 1. Henriquez lib. 14. cap. 4. §. 3. vbi id docet de rebaptizato. & §. 4. vbi agit de rebaptizante, qui tamen malè docet excuſari ab irregularitatis pena rebaptizantem ob ignorantiam mortalem. Franciſc. Suarez in 3. par. de Sacram. diſput. 31. Sectione 6. ante ſinem. Summa Aſtenſis, par. 1. lib. 4. tit. 1. art. 6. quaſt. 2. Angelica, verbo irregularitas, §. 2. Tabiena, verbo irregularitas 4. §. Septimo. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 247. Couar. in Clem. Si futioſus, par. 1. in princip. num. 8. de homicid. vbi etiam citat Cardinal. a Turrecrem. in d. cap. Quibus, nu. 7. Sebaſt. Medices par. 2. tit. 9. quaſtio. 3. §. 1. Summa Corona, tit. de irreg. num. 19. Greg. de Valentia, tomo 4. diſputa. 7. quaſt. 19. puncto 4. §. 5. verſic. Quartum. Conſinus Philarchus lib. 4. cap. 14. Thomas Zerula in ſua Praxi Episcopali par. 1. verbo irregularitas, dub. vndecimo. Ratio eſt: Quia irregularitas hæc contrahitur ex culpa, & delicto, ergo vbi non eſt culpa mortalis, non incurritur pena irregularitatis; Vbi autem eſt ignorantia probabiliſiue in rebaptizante, ſiue in rebaptizato, nulla eſt culpa ergo nec irregulares ſunt. Et certè cum ipſi concedant rebaptizantem ex ignorantia probabili, non incurritur irregularitatem, idipſum de rebaptizato concedere deberent, cum rebaptizans magis, aut ſaltem non minus in culpa eſt, quam rebaptizatus.

9 *Vnde ſequitur infantem etiam rebaptizatum non eſſe irregularem, cum enim hic uſu rationis careat, vique & culpa caret, & per conſequens irregularis non erit, cum hæc irregularitas pena ſit, pro culpa inflicta, & colligitur euidenter ex cap. placuit, & c. Qui apud, 1. quaſt. 4. vbi habetur infantes, qui ab hereticis baptizantur, non ideo manere irregulares. Tales enim voluntario, & culpa carent. Ideoque, cap. Qui in qualibet 1. q. 7. vbi dicitur, rebaptizatos in qualibet ætate extra Catholicam Eccleſiam irregulares eſſe, intelligitur ſolum de ijs, qui doli capaces ſunt, aut in adulta ætate rebaptizantur, ſicut, & cap. Qui bis, de conſecr. diſt. 4. de ſolis adultis rebaptizatis intelligitur.*

10 *Is autem in præſenti materia ignorantiam facti probabilem habere cenſetur, qui adhibita debita diligentia ſcire non potuit, an iſque offerret, ſit baptizatus; talem autem ignorantiam prætereſtere non poteſt iſ, qui ſcit infantem natum eſſe ex parentibus Chriſtianiſ, & inter Chriſtianos educatum; talis enim certo credendus eſt eſſe baptizatus; cum ſoleant Chriſtiani intra diem octauum infantes baptizare, vt Nauar. in Man. ca. 27. num. 246. Martin. Ledefm. 2. 4. q. 26. art. 2. de irregu. pag. 367. col. 1. & Henriquez lib. 14. c. 4. §. 4. poſt Summam Aſtenſem, par. 1. lib. 4. tit. 1. art. 6. in fine. S. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 12. & Palud. 4. diſt. 6. q. 4. art. 1. Concluſ. teſtantur, quod verum eſſe docent hi duo poſteriores auctores, & bene, niſi non baptizatus euidentiffimè probaretur, arg. c. veniens, de preſb. non baptizato, tunc enim non rebaptizare, ſed baptizare eum debet. Similiter hanc ignorantiam probabilem prætereſtere non poteſt, qui ſcit vetulam quamcumque aliquem baptizaffe, aut quando vno teſte, puta ipſa obſtrictè afferente baptizatus probetur; tunc enim, vt Paluda. & S. Anton. vbi ſupra notant, credendum eſt baptizatum eſſe, & diligenter inquirere in quo deſecit; Et ſi inueniat omnia, quæ ſunt de ſubſtantia Sacramenti concurriffe, licet cetera, quæ ſunt de ſolemnitate deſuerint, puta quod vetula verba debita protulit, & in vera aqua baptizauit, quamuis Catechiſmus, & Exorcifmus deſuerint, nullo modo nec ſimpliciter, nec ſub conditione rebaptizandus eſt, ſed cautè, & prudenter ſupplendum eſt, quod pro neceſſitate, vel incautè fuerat prætermiſſum.*

11 *Excusabitur aut baptizans, ſi baptizet filios infidelium, nam iſte ignorare potuit eos fuiſſe baptizatos; quod intelligitur poſt factam debitam diligentiam, nec tam magna diligentia opus eſt in iſtis, ac in illis, qui de Chriſtianiſ nati ſunt, arg. c. placuit, de infantibus, cap. cum itaque. ca. Si nulla, de conſecr. diſt. 4. Et idem de infantibus ex poſitis ſine vilo ſigno, aut ſcripto teſtificante de baptiſmo eorum; in his enim iuſta poteſt prætereſtere ignorantia, vt docet Maior. lib. 3. c. 14. nu. 4. poſt Summam Aſtenſem, par. 1.*

lib. 4. tit. 1. art. 6. quaſt. 2. vbi cumque igitur ignorantia facti eſt inculpabilis, ſiue in rebaptizante, ſiue in rebaptizato, excuſat ab irregularitate; caſus verò, & negligens ignorantia non excuſat ab irregularitate, ſicut nec a culpa mortali excuſat.

12 *Ad illud cap. Qui bis, de conſecrat. diſtin. 4. vbi dicitur, Qui baptizati ſunt bis ignoranter, ſecundum Canones, promoueri non poſſunt. Reſpondent Scot. Summa Aſtenſis, Suarez, & alij, vt Couar. vbi ſupra, textum illum non valere, nec habere per ſe auctoritatem ad hanc irregularitatem inducendam; cum non ſit alicuius Roman. Pontificis, vel Generalis Concilij, nec adhuc alicuius alterius, qui habet poteſtatem condendi lex Canonica; ſed deſumptum eſt caput illud ſolum ex Pœnitentiali Theodori Archiep. ſcopi Cantuarienſis, vt teſtatur Burchard. libro 4. Decret. cap. 31. & relatum a Gratiano in d. cap. Qui bis, auſtoritatem autem vnus Archiepiſcopi nõ fatiſ eſt ad irregularitatem inducendam. Quod ſi Theodorus dicat, veteres Canones talem irregularem facere, gratis aſſeritur, cum nullus Canon talis reperitur, aut ſi quis eſſet, intelligendus eſt, de rebaptizatis ſcienter; non de his, qui iuſta ignorantia rebaptizantur; vel denique intelligi debet de eo, qui ex ignorantia culpabili, ſupina & craſſa rebaptizatus fuerit, vt Couar. vbi ſupra.*

13 *Dubium quartum eſt, Quid dicendum ſit de ignorantia iuris, v. g. cum quis ſcit ſe eſſe baptizatum, ignorat tamen eſſe peccatum, aut iure diuino prohiberi, baptiſmum iterari, aut penam irregularitatis impositam eſſe ab Eccleſia, an ſit irregularis, qui baptizatus eſt, aut qui rebaptizatus eſt? Hanc difficultati DD. ſerè omnes abſolute reſpondeant, hanc ignorantiam iuris, ſiue diuini, ſiue humani non excuſare ab irregularitate; ſatis enim eſt peccatum, vel ſciat quis ſe eſſe baptizatum, vel quod miniſter factum eſt baptizatum. Sic Scot. 4. diſt. 6. quaſt. 8. Richard. 4. diſt. 6. artic. 4. q. 2. Palud. 4. diſt. 6. quaſt. 4. artic. 1. Concluſ. 2. Ioan. Bacon. 4. diſt. 6. quaſt. 2. artic. 2. Gabr. 4. diſt. 6. q. 2. artic. 3. dub. 8. Summa Piſanella, verbo Baptiſmus. 4. Summa Aſtenſis, par. 1. lib. 4. tit. 1. artic. 6. quaſt. 2. & Angelica, verbo irregularitas §. 2. 4. S. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 12. Sylueſt. verbo Baptiſmus §. quaſt. 3. Tabiena, verbo irregularitas 4. §. ſepimo. & Maior. lib. 3. ca. 14. num. 3. & gloſ. in cap. Qui bis, in verbo, Ordinarij, de Conſecrat. diſt. 4. & Summa Corona, tractat. de irregularitate, num. 3. verſic. Quarto, & intelligunt hi auctores, vt notat Gabriel. hoc pro cedere, etiam ſi ignorantia eſſet innocibilis. Ratio eſt, quia ignorantia eorum, quæ quis tenetur ſcire, non excuſat a culpa, intelligitur in his, qui ex officio baptizare tenentur. Deinde reiteratio baptiſmi eſt prohibita iure diuino, cuius iuris ignorantiam nemo iuſte prætereſtere poteſt, nec etiam pena per legem poſitivam imposita in illum, qui contra ius diuinum agit; ignorantia excuſat; ergo etiam quod ad operam rei illicitæ, faciendum ea, quæ iure diuino prohibentur, penam iuris poſitivæ contra delinquentem incurrit, etiam ſi pena illius ignorantiam iuſtam habeat: ſicut v. g. cum furum, homicidium, & homicidium iure diuino prohibita ſint, ſi quis ea committeret, etiam ſi penas lege poſitivæ contra ſic delinquentes impositas ignoraret, vique illas incurteret. Et qui hominem occidit, licet ignoret innocibiliter irregularitatem inde exortentem, irregularis tamen efficitur; cuiusmodi enim pena conſequitur culpam, quam quiſque ſcite tenetur adhibere. & Gabr. aliud exemplum de excommunicatione, ſcilicet, quod percutiens Clericum, quia facit contra diuinum præceptum de fraternâ charitate, etſi neſcit excommunicationem latam a Canone ſuper tali facto, tamen incurteret eam. De quo exemplo nos diximus ca. vit. lib. 1. de excommunicatione, vbi id falſum eſſe probauimus.*

14 *Hanc autem de ignorantia iuris communem DD. tenentiam, rectè meo iudicio, tres celebres auctores, quos recentioribus viderim, nimirum Sotus 4. diſt. 3. q. vnica, artic. ſecundum, Henriquez lib. 14. cap. 4. §. 3. qui pro hoc etiam referunt Canam, & Pennam, & Franciſc. Suarez in 3. par. S. Thom. de Sacram. diſp. 31. ſect. 6. dub. 6. limitant, & veram eſſe docent ſolum in eis, qui ex officio baptizare tenentur, & in eis, qui ius diuinum ſcite obligantur: Quia*

feri potest, ut quis inuincibilem habeat ignorantiam ipsius iuris diuini rebaptizationem prohibentis, etsi enim fundetur in Euangelio, non est tamen ita per se notum, quin plebeus, & rusticus, seu idiota illud praeceptum inuincibiliter ignorare possit. Quoniam ergo ratione contingat hanc ignorantiam esse inuincibilem, excusabit a culpa & consequenter etiam ab irregularitatis pena, cum hac non nisi ob culpam imposita sit. Ideo autem DD. citati communiter damnant irregularitatis eum, qui baptismum iterat ex ignorantia iuris, quia ea iuris diuini ignorantia vix in aliquo praesumitur inculcata. Qui vero sciens iure Diuino prohiberi rebaptizationem, etiam si ignoret irregularitatis penam iure Ecclesiastico imponi, irregularis efficitur, si rebaptizet, aut rebaptizetur.

15. Dubium quintum est. An si quis ignoranter rebaptizetur & illum secundum baptismum ratum habeat, postquam scit rebaptizatum esse, sit irregularis? Huic etiam quaestioni DD. communiter respondent esse irregularem. Sic Richard. 4. dist. 6. art. 4. quaest. 2. Palud. 4. d. 6. quaest. 4. art. 1. Concl. 2. in fin. Summa Confess. lib. 3. tit. 24. q. 7. S. Anto. 3. part. 1. ca. 13. §. 12. & tit. 29. de irreg. cap. 6. §. 3. Angelica verbo irregularitas, §. 24. Summa Astenfis, par. 1. lib. 4. tit. 6. quaestio. 2. Summa Pisanella, verbo Baptismus, 4. §. 2. Syluest. verbo Baptismus §. 9. 3. & verbo irregularitas, q. 4. Maiol. lib. 3. cap. 14. num. 3. & 6. Couar. in Clem. Si finiosus, par. 1. in princip. num. 8. de homicid. & Alph. Viuald. tract. de irregul. numer. 47. Haec tamen communis opinio non est admodum certa, quia in iure non exprimitur haec irregularitas, & penae non sunt extendendae; Immo mihi videtur omnino falsa, ut recte docent Henriquez lib. 14. cap. 4. §. 3. & Franc. Suarez in 3. par. S. Thom. de Sacram. disputa. 31. Sect. 6. ante finem. Ratio est, quia subiecta rati habitio, & consensus non est causa facti praeteritis, neque actionem, vel potius passionem voluntarium aut culpabilem reddit, sed solum est peccatum de nouo commissum, cui nulla est irregularitas in iure imposita. Sicut supra diximus c. 4. irregularitatem non contrahit ex rati habitio, qui enim casu hominem occidit, & absque omni culpa, sicut nec tunc est irregularis, ita neque postea, si viro effectum gaudeat, & ratum habeat, cum rati habitio illa homicidium prius factum non reddat voluntarium, cui est irregularitas imposita, sic ergo est in praesenti.

16. Dubium sextum est. An qui metu mortis incusso ab alio rebaptizatur, vel rebaptizatur, sit irregularis? In qua re vnum certum est, quod si quis coactus absoluit, id est per vim & attractionem rebaptizetur, aut rebaptizetur, vt narratur de Episcopo, cui nomen fuit, *Habet Deum*, quem Arriani ligatis manibus, & pedibus, inuitum rebaptizarunt, vt refert Victor Episcopus Vticensis de persecut. Vandalica, lib. 3. & simile refert Cyprianus Epist. 19. ad presbiteros Carthaginienses, de venerabili femina, cui nomen, *Bona*, quae tentis manibus coacta est sacrificare, lingua haec verba exclamante. *Non feci, vos fecistis.* talis inquam, coactio exterior non facit irregularitatem, ex glossa in c. eos quos, in verbo seu coactos, & Innocent. in d. cap. eos, vt refert, & sequitur Syluest. verbo irregularitas, quaest. 4. in fine. Maiol. lib. 3. cap. 14. num. 3. & Alphonsus Viualdus, tractat. de irregul. nu. 42. Quod tamen dictum benelimitat Franciscus Suarez in 3. par. S. Thom. de Sacrament. Disputa. 31. Sect. 8. in fine, quando qui sic rebaptizatur non habet intentionem, si enim talem intentionem haberet, peccaret peccato rebaptizationis, & ideo irregularis erit; & merito: quia nec ille eam habere debet, nec ad hanc vlla ratione cogi potest.

17. Quando autem non est talis coactio absoluta, sed conditionata, puta, quando ponitur haec conditio, si non pariter rebaptizari, statim occideris, tunc glo. in c. eos quos, in verbo seu coactos, de consecrat. dist. 4. & Inno. & Sylu. Alphonsus Viualdus, & Maiol. locis proxime allatis, etiam in tali metu cadente in vitium constantem, irregularem esse volunt, quia magis est eligenda mors, quam consentire rebaptizari, & facit Couar. in Clem. Si finiosus, par. 1. in princip. numer. 8. in fine, de homicid. post Angel. verbo irregularitas, §. 26.

Contraria tamen opinio verior est, non esse irregularem, si solum per talem metum grauem cogatur ad receptionem exteriorum ablutionis, dummodo non habeat intentionem, vt rebaptizetur, sed neque peccabit non resistendo, si exterius non significat se consentire, cum hac ratione nihil agere, sed pati potius censetur. sic Henriquez lib. 14. c. 4. §. 3. & §. 4. & Francisc. Suarez in d. Disputa. 31. Sect. 6. in fine. post S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. ca. 6. §. 3. Communis enim opinio est, leges humanas non obligare, quando metus cadit in virum constantem, & sine dubio talis est metus, cum dicitur, occidam te, nisi rebaptizeris, vel rebaptizes; quamuis enim tunc quis rebaptizet externa prolatione verborum, aut externa receptione ablutionis rebaptizetur, dummodo non adfit interna intentio nec vere rebaptizat ille, aut rebaptizatur iste, quia fidei & non serio rebaptizat, nec iste vere rebaptizatur, cum incapax sit, vt de nouo baptismum recipiat: sicut nec qui fidei primum baptismum recepit, & vere secundum baptismum recipit cum intentione, irregularis est, quia hic vere non est rebaptizatus. Cum igitur in hoc casu neuter peccet, consequenter nec irregularitatem ob peccatum impositam incurrit. Hoc autem quod diximus, intelligi debet, quando non fieret in contemptum Ecclesiae, & opprobrii Religionis Christianae, tunc enim obligatio est moriendi potius, quam vt quis rebaptizet, aut se rebaptizari permitat; quamuis etiam tunc forte excusabitur ab irregularitate, etsi non excusetur a culpa: vnde solum vera est Syluestri & aliorum opinio, quando quis aut intentionem rebaptizandi, aut iterum baptismum recipiendi haberet, aut leui metu inductus hoc faceret.

20. Dubium septimum est. An si quis certo sciat aliquem esse baptizatum, rebaptizet eum sub conditione, dicendo, *Si es baptizatus, ego non te rebaptizo, si non es baptizatus ego te rebaptizo*, sit irregularis? In hac re aliqua certa sunt, aliqua vero controuersa.

21. Primo enim certum est, teneri hominem adhibere debitam diligentiam, vt sciat, an quis baptizatus fuerit, nec ne, qua facta, si adhuc dubium sit, baptizare potest cum conditione illa, *Si baptizatus es, ego non te rebaptizo, si non es baptizatus ego te rebaptizo*, & talis nec peccat, nec vllam irregularitatis penam incurrit, cum mens eius sit non rebaptizare baptizatum, sed non baptizatum baptizare, & vere non rebaptizat: Immo & qui post debitam diligentiam dubius manens baptizat absque conditione, non fit irregularis, ex Nau. in Man. cap. 27. num. 246. vers. Secundo, & Henriquez lib. 14. c. 4. §. 4. & Syluest. verbo irregularitas, q. 4. in fine; quia non dicitur iteratum, quod dubitatur factum, arg. ca. Solemnitates, de consecr. dist. 1. & cap. si nullam, de consecr. dist. 4. & cap. veniens, de presbit. non baptizato. Greg. de Valen. To. 4. disp. 7. quae. 19. punct. 3. §. 5. vers. Quartum.

22. Secundo certum est, peccare mortaliter, qui sine defectu aliquem cum tali conditione baptizant, non prius quam tenes an baptizatus fuerit, ex communi DD. consensu, & tradit expresse Catech. Romanus in tract. de baptismo, in ca. de effectibus baptismi in fine.

23. Dubium solum est, An in casu proposito incurrat irregularitas, quando quis temere, & nulla diligentia adhibita, aut certo sciens aliquem esse baptizatum sub conditione rebaptizat? In qua re sunt duae opiniones.

Prima est dicentium non incurri in tali casu irregularitatem, & intelligitur haec opinio etiam si non haberet intentionem rebaptizandi: (si enim talem intentionem haberet, & sciens aliquem prius baptizatum rebaptizet, non est dubium quin irregularis sit) intelligitur etiam procedere in foro exteriori, ita vt nec in foro exteriori censendus sit irregularis. sic Nauar. in Man. cap. 27. num. 246. qui concedit tamen eos peccare, etiam si bona fide fecissent; eandem sententiam tenent Palac. 4. d. 6. q. 8. col. 3. & Henriquez lib. 2. de baptismo, c. 3. §. 1. & lib. 14. c. 4. §. 4. Alph. Viuald. tract. de irreg. num. 43. & pa. 3. ca. 14. num. 57. Cosmus Philarchus lib. 4. ca. 14. & Francisc. Suarez in 3. parte S. Thom. de Sacram. disputa. 31. sect. 6. dub. 4. & dub. 5. & pro hac sententia refert Maiol. lib. 3. de irreg. c. 14. numer. 5. sed falsò; hic enim auctor dicitur verbis eo in loco contrariam

trariam sententiam tenet, Fundamentum horum aucto-
rum est, tum quia talis non intendit rebaptizare, cum sub
ea conditione rebaptizet, actus autem agentium non ope-
rantur ultra intentionem eorum, l. Non omnis, ff. de re-
cred. Et quia conditio adiecta suspendit actum, Tum, quia
pena hæc irregularitatis solum imponitur, quando sine
conditio rebaptizat, & pro solo actu consummato, &
perfecto rebaptizationis, cum tamen hic actus imperfec-
tus sit, Tum, quia hic non est imitator hæreticorum, cum
sub tali conditione rebaptizet; & quia non videtur in iure
expressum.

Secunda sententia est dicentium esse irregularem, qui
sic baptizat: sic Franciscus a Victoria in Summa eius, in
quartum, §. 35. de materia baptismi. Sotus 4. dist. 3. q. vni-
ca, art. 9. in Responsione ad quartum. Corduba, in Sum-
ma, quæst. 37. Maiol. lib. 3. c. 14. nu. 5. vbi hæc habet verba;
[Propterea Sacerdos sciens puerum in necessitate fuisse
baptizatum domi, si ille postea deferatur ad Ecclesiam, ut
fruatur ritus solemnem, non potest eum ea Clausula (sci-
licet si non es baptizatus, ego te baptizo) eum baptizare;
quinimmo si hoc faciat, efficitur irregularis.] Quæ verba
rethi, eo quod Henriquez, & Suarez hunc auctorem pro
prima sententia adducunt, sed male, ut constat, & eandem
sententiam habent Martin. Ledesma, 1. 4. q. 7. art. 9. dub. 3. &
Thomas Zerula Episcopus Minoricensis, in sua Praxi Epi-
scopali par. 1. in verbo irregularitas, dub. 12. Immo, hæc
sententia expresse habetur in Catechismo Romano nuper
edito ad parochos iussu Pij V. in tract. de baptismo, c.
de effectibus baptismi in fine, his verbis [Non desunt, qui
nullum scelus admitti posse arbitrentur, si quemvis sine
delectu, cum adiunctione illa baptizent: Quare si iofans
ad eos deferatur, nihil prorsus querendum putant, an is
prius ablutus fuerit; Sed statim ei baptismum tribuunt.
Quia etiam quamvis exploratum habeant, domi Sacra-
mentum administratum esse, tamen sacram ablutionem
in Ecclesia, adhibita solemnæ caerimonia, cum adiunctio-
ne, repetere non dubitant. Quod quidem sine sacrilegio
facere non possunt, & eam maculam suscipiunt, quam Di-
uinorum rerum scriptores Irregularitatem vocant. Nam
ea Baptismi forma ex Alexandri Tertij Papæ auctoritate,
in cap. De quibus dubium, de baptismo, & eius effectu, in
illis tantum permittitur, de quibus, re diligenter perquisi-
ta, dubium relinquatur, an Baptismus ritè susceptus, ali-
ter verò nunquam fas est, eum cum adiunctione Baptis-
mum alicui iterum administrare.] Hactenus Catechis-
mus Romanus: In quibus verbis meo iudicio, hæc secun-
da opinio satis manifestè declaratur, & simul refellitur
adversæ sententiæ fundamentum; Quandoquidem cum
iure expressum sit, non esse licitum baptismum reiterare
sine sacrilegio, & irregularitatis pena; & etiam expressum
sit, non licere sub conditione rebaptizare, nisi quando ad-
hibita diligentia debita dubium sit, an sit baptizatus, nec
ne; consequenter expressum est, eum, qui cum eadem con-
ditione baptizatum, quem certò scit baptizatum esse,
grave sacrilegium committere, ut etiam primæ sententiæ
auctores fatentur, & contra Ecclesiæ statutum, immò con-
tra Diuinum præceptum baptismum reiterare, ac proin-
de irregularitatem hanc, quæ ob culpam imponitur, in-
currere. Adde quod certum est baptismum non esse rei-
terandum, at certum etiam est, eum, qui sub conditione
rebaptizat, verè rebaptizare, sicut enim conditionata vo-
luntas est voluntas 3. Ethic. Sic etiam conditionatum ba-
ptisma est baptismus. Immo cum ipsemet Suarez vbi su-
pra, dub. 6. ex communi DD. sententia hanc Regulam ponat,
quod vbi ignorantia facti non excusat a culpa mortali,
non excusat ab irregularitate; a fortiori concedere de-
bet, quod cum conditio hæc adiecta non excuset a teme-
ritate, & culpa sacrilegij eum, qui cum ea conditione, aut
verbis expressa, aut mente concepta baptizatum, quem
sine delectu, aut certò scit esse baptizatum, nec excusare
ab irregularitatis pena, sicut enim illa culpa est simplici-
ter talis in sua specie, & eiusdem rationis cum rebaptiza-
tione scienter facta, ut ipsemet fatetur; ita etiam in ca-
su proposito, culpa eiusdem rationis erit, ac propterea ir-
regularitatem, nõ minus quam illa, inducet. Sed præterea

sic baptizatum rebaptizans, intentionem sufficientem re-
baptizandi habere conuincitur, cur enim alias prius ba-
ptizatum rebaptizat, nisi ut denud eidem baptismum in-
pendat; vnde etiam quoad hoc satis conuenit cum hære-
ticis in ipso facto, etiam si in animo fortè non conueniat,
quod satis est. Quamuis enim irregularitas hæc præcipue
imposita sit in odium, & detestationem hæreticorum, non
tamen est imposita solum hæreticis, sed omnibus hæreticis
in rebaptizatione imitantibus; immo etiam imposita est
hæc pena propter Sacramenti reuerentiam, & ita cum
sic sub conditione rebaptizans, sacrilegium committit, ut
Catechismus Romanus vbi supra docet, & ipsemet Sua-
rez faceret, consequenter irregularitatis penam, huiusmodi
sacrilegij iustitiam incurrit. Ex quibus etiam refellitur
fundamentum Henriquez vbi supra, qui putat iure Cano-
nico tantum esse irregularem, quando sine conditione re-
baptizat, cum tamen, ut ex Catechismo Romano, Sotus, &
alijs vbi supra manifestum sit, illam baptismi formam in
illis tantum permitti, de quibus re diligenter perquisita
dubium relinquatur an baptismum ritè susceperint; aliter
verò nunquam fas est, eum cum adiunctione Baptismum
alicui iterum administrare.

His omnibus addendum est, irregularitatis pena non
solum afficit rebaptizantem, & rebaptizatum, eo modo quo
expositum est, sed etiam qui sic rebaptizanti ex officio mi-
nistrat, ut de Acolythis, seruitute Sacerdoti rebaptizanti &
orationibus respondente colligitur ex cap. 2. de Apostat.
Maiolo lib. 3. de irreg. nu. 19. vers. Quarto. Ratio autem huius est,
cooperatio ad iteratum baptismum; Quamuis enim Aco-
lythus non concurrat proximè ministrando, aliquid sub-
stantiale, quia tamè ministrat illi actioni morali, ad totam
illam actionem cooperari censetur, sicut cooperatur scien-
tici, qui Sacerdoti offerenti ministrat. Et a fortiori Dia-
coni, vel Subdiaconi officio fungentes in rebaptizatione,
irregulares erunt, ut Maiol. lib. 3. c. 14. nu. 5. annotat;
Hoc tamen non debet extendi, ut extendit ibi Maiolus ad
paternos, seu compares, qui scienter adsunt in baptismum
iterato, cum hoc in iure non sit expressum, & pena non
sunt extra casum a iure expressum extendenda; sed potius
restringenda, c. codici, de reg. iur. lib. 6.

Dubium octauum est, An qui iterat alia Sacramenta Cla-
ricetere imprimetia, sit irregularis; ut v. g. confirmatum,
vel ordinatum reconfirmet, vel reordinet, vel si confir-
matus, aut ordinatus se iterato confirmari, vel ordinari
permittat.

Prima opinio affirmat, sic Rich. 4. dist. 7. art. 6. qu. 1. &
Ioan. Maior ibi in fine distinct. H. iustitiam in Summa lib. 1.
tit. de Sacram. non iterandis, §. vii. nu. 12. in fine. Summa
Confess. lib. 3. tit. 24. quæst. 7. Archid. in cap. 1. dist. 68. & in
c. Qui bis, de consecra. dist. 4. & in c. Dictum, de consecra-
dit. 5. & fauet gloss. ibidem, in verbo Amplius. S. Anton. 3.
par. tit. 29. de irreg. cap. 6. §. 3. Napan. in Man. cap. 27. nu. 247.
Albert. Troutus lib. 2. de vero & perfecto Clerico, c. 9.
Iacobus de Grassis, lib. 4. cap. 27. nu. 15. Alphons. Vival.
tract. de irreg. nu. 44. Cosinus Philarchus lib. 4. cap. 14.
& Maiol. lib. 3. ca. 15. qui omnes parem faciunt confirma-
tionis, ordinationis, ac baptismi iterationem, quoad irregulari-
tatem incurritendam, & fundant se in d. c. Dictum, de con-
secra. dist. 5. vbi eodem modo prohibetur confirmationis
quo baptismi iteratio, & eadem pena pro vtroque delicto
imponitur, scilicet, ut qui ita delinquit, Non seculo, sed so-
lum Deo sub habitu Regulari, vel Clericali Religiosissime im-
muletur.

Secunda opinio docet non esse irregularem, sic Scotus 4.
dist. 7. quæst. 5. Palud. 4. dist. 7. q. 2. art. 1. Conclus. 3. Gab.
4. dist. 7. quæst. v. nica, ar. 3. dub. 5. Palacius 4. dist. 7. disput.
4. Sotus 4. dist. 7. qu. v. nica, ar. 5. Martin. Ledesma. 1. 4. q. 1.
ar. 5. dub. 1. Sebastian. Medices in Summa par. 2. tit. 9. qu. 3.
5. vers. Primo. Summa Corona tract. de irreg. nu. 19. vers.
Nota quod. Henriquez lib. 3. de Confirm. capitul. 4. §. 2. &
Francisc. Suarez in 3. par. S. Thom. de Sacram. disput. 28.
sect. 1. & sect. 2. Summa Asten. par. 1. lib. 4. tit. 1. articu-
6. quæstio. 2. in fine. Angelica verb. irregularitas, §. 24. & S.
Anton. 3. par. tit. 14. capit. 14. §. 4. vbi ait, quod qui igno-
rante

De Irregularitate contracta ex delicto violandi Censuras Ecclesiasticas.

Cap. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus maiori, suspensus, vel interdictus, officia diuina solemniter exercens, irregularis est.
- 2 Violans Ecclesie censuras, ut irregularitatem incurrat, que requirantur.
- 3 Officia diuina, quorum exercitio irregularitas causatur que censenda.
- 4 Censura irretitus, & actum ordinis sacri solemniter exercens irregularitatem incurrit.
- 5 Episcopus censura irretitus, & Pontificalia exercens irregularis est.
- 6 Missam celebrans si excommunicatus sit maiori, aut alia censura irretitus irregularis efficitur.
- 7 Diaconus censura irretitus, Euangelium solemniter cantans irregularis est.
- 8 Baptizans solemniter aliqua censura irretitus irregularis efficitur.
- 9 Baptizans tanquam laicus, omisis solitis cerimonijs, etiamsi excommunicatus sit, irregularis non est.
- 10 Iurisdictionis actum in excommunicatione exercens irregularitatem non incurrit.
- 11 Suspensus a beneficio, si quis iurisdictionis sunt exerceat, irregularis non est.
- 12 Diuina officia in excommunicatione audiens irregularis non est.
- 13 Sacramentum quodcumque, excepto ordine, censura innodatus, recipiens irregularis non efficitur.
- 14 Diuina officia solemniter exercens, se verè censura ligatum existimet.
- 15 Excommunicatione minori ligatus officia diuina solemniter exercens irregularis non est.
- 16 Excommunicatus qui non est, celebrando coram excommunicatis denunciatis irregularis non efficitur.
- 17 Excommunicato, aut aliqua alia censura innodato inferuens irregularis non est, quamuis ipsemet censura innodatus sit, nisi &c.
- 18 Censura irretitus, quamuis ipsemet officia diuina non celebrat, si tamen celebrationi auctoritatem præstet, irregularis erit.
- 19 Extraneus, [Ad euitanda,] nihil utilitatis censura irretitus affert.
- 20 Degradatus, aut depositus actum ordinis sacri solemniter exercens irregularitatem non incurrit.
- 21 Suspensus ab ordine superiori, actum ordinis inferioris exercens irregularis non est.
- 22 Ignorantia probabilis alicuius censuræ actum ordinis sacri exercentem solemniter ab irregularitate excusat.
- 23 Ignorantia probabilis, sicut a peccato, ita ab irregularitate ex peccato incurrenda excusat.
- 24 Excommunicatio contra pensionarium non soluentem pensionem lata, quando valida censetur.
- 25 Locantes bona Ecclesiastica ultra triennium, an celebrantes irregularitatem incurrant.
- 26 Celebrantes in casu, quo credant se ad censuræ alicuius obseruationem non teneri, an sint irregulares.
- 27 Excommunicatum se sciens, ex aliqua: amen causa id non animaduertens, contra censuram faciens irregularis non est.
- 28 Celebrans per ignorantiam iuris, sciens se censura irretitus